



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Perurium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

permutationem, non succedit loco rei permutatione. cap. 17. num. 50.

Ad iustitiam permutationis non requiritur quod res permutanda sit iam in rerum natura, & in dominio eius, cum quo res alia permutatur. num. 283. lit. C. Nou. num. 285.

P E R T I N A C I A est credere aliquid non paratus corrigi ab Ecclesia. cap. 11. num. 22.

P E R E G R I N V S Clericus non debet admitti ad officia diuina, sine litteris commendatitiis. cap. 25. num. 68. ipse tamen si celebrebat in occulto, non peccat. cap. 27. num. 153.

P E R I V R I V M .

D Icens aliquid falsò, & adiungens, *hac mihi faciat Deus*, vnum tantum peccatum committit. cap. 12. num. 1.

Iurans falsum scienter, est periurus, qualcumque de causa id faciat. num. 5.

Iurans falsum non aduertens, sed ita dispositus, vt, si aduerteret, etiam iuraret, ob prauam consuetudinem, periurus est: Communiter tamen veniale est iurare falsum, non considerando an sit falsum necne. numer. 16.

Iurans falsum per ignorantiam crassam, credens esse verum, peccat mort. Si tamen

R r 5 adhi

adhibuit aliquam diligentiam, sed insufficientem, peccat venialiter: Si vero adhibuit debitam, non peccat. ibid.

Iurans verum, credens esse falsum, aurans nesciens an sit verum, peccat mort. num. 7.

Iurans verum, secundum mentem suam, & non iuxta mentem interrogantis iudicis competentis, seruantisque iuris ordinum, aut se offerendo ad iurandum iurat sic, peccat mort. Secus si index non est competens, aut non seruat ordinem iuris, vel extorquuntur iuramentum ab homine priuato permitemtum, vel importunitatem. num. 8.

Qui metu compulsus, iurat iuxta mentem suam, non peccat, nec tenetur ad amplius quam intellexit. num. 9.

Vxor adultera iurans marito se non esse talem, eo quod persuasa sit quod egredi penitentiam, peccat. Secus si compulsa fuit ab eo ad iurandum. num. 18.

Iurans falso se non habere rem ab alio petitam, peccat mort. si tenetur dare: Secus si non tenetur. num. 18.

Iurans tempore pestis verum iuxta mentem suam ad portas ciuitatis, & non iuramentum interrogantis, peccat mort. nisi custodes falso crederent aliquam urbem esse peste infectam, aut respondens rationabiliter.

ter crederet se , neque aliquid suum, peste
esse infectum.num.19.

Scholastici qui alloquuti sunt opposito-
res circa subornationem,& postea iactant se
non alloquutos eos, non peccant.num.19.

Iurans sine animo adimplendi , peccat
mort.num.12.

Iurans latroni se ei daturum centum au-
reos , non tenetur eos soluere, si intra se in-
tellexit , *si teneor* , & tamen alias non debet,
num.14.

Iurans facere aliquid , credens , se non
posse praestare , peccat mort. Secus si cre-
dit posse illud praestare , & facit quod in se
est, quamvis postea non praestet. Peccabit ta-
men si transacto tempore statuto, quam ci-
tillimè poterit, non praestet.num.22.

Iurans se habitum aliquid sub secreto,
& postea manifestat , vbi & quando occul-
tare tenebatur, peccat mort. Idem de indu-
cente ad violandum huiusmodi secretum.
num.23.

P I E T A S Filiorum erga parentes , vide
Filius.

P I G N V S.

Creditor vtens pignore sine voluntate
debitoris,cum notabili damno eius, pcc-
cat